Gothofredus:
Ordo edicti
perpetui . .

Kb 290

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0004-8

# ORDO EDICTI PERPETUI

UNA CUM

# SERIE LIBRORUM,

QUOS

*JURISCONSULTI AD ID SCRIPSERE.*

ACCESSIT

## LIBRORUM SABINIANORUM SERIES ET CONTINENTIA.

CONCINNAVIT

JACOBUS GOTHOFREDUS, JC.

FRANCOFURTI AD VIADRUM,
Typis JOANNIS CHRISTOPHORI SCHWARTZII.

KOEN. BIBL. DER UNIVERS. HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0005-4

# *Lectori Benevolo*
S. P. D.
# BERNARDUS HENRICUS REINOLD.

EDidit nuper me ſuaſore Typographus Leges XII. Tabularum collectas & ſuis tabulis reſtitutas abs Cl. V. JACOBO GOTHOFREDO, tuliq; conſilii pretium, qvum earum interpretationem audiverint maxima animorum cum lubentia & aſſiduitate Juvenes & natalium ſplendore & doctrinæ præſtantia eximii. Debet hæc Academia id inprimis Perilluſtri Viro DN. HENRICO COCCEJO, Auguſtæ Regis Pruſſiæ Majeſtati à Conſiliis Sanctioribus, Viro meo & quorumvis præconio majori, quod ſolidæ Jurisprudentiæ & ita ſimul cognatis interioribus literis hîc ſuus conſtet honor, quodque dicata Themidi pectora hoc majori ſtudio Jurisprudentiæ Romanæ, & ſine quibus illa percipi non poteſt, humanioribus diſciplinis incumbant, quo acrius alibi utrisque bellum indicitur, ac ignobile paratur funus, & ab iſtiusmodi quidem hominibus, qui cùm ſint antiquitatis omnis rudes & humanitatis expertes, perſvaſum eunt credulitati adoleſcentiæ, labores cupidè fugientis, abſtineri poſſe à lectione Auctorum Veterum, & Juris Romani, ſufficere ſi res (ipſi REALIA qua gaudent ſuavitate, vocant) diſcant, etiam ſermone vernaculo, inprimis è ſpeculi Saxonici, in plures Germaniæ regiones nunquam admiſſi, in multis abrogati lacunis. Quo conſilio nullum ſuggeri poterat magis communibus uſibus adverſum, magisq; noxium, quando obſcurum non eſt, quid omnem in rempublicam ex renatis literis confluxerit commodi, & quisque facilè proſpicit, quantum è fuga Muſarum in eamdem detrimenti ſit redundaturum, jamque derivetur. Si ſic pergatur, non deſiderabitur brevi ſolus Demoſthe-
nes,

nes, quod Philippo Melanchthoni ejus orationes Philippicas anno MDXXIV. publicè enarraturo accidiſſe commemoratur, ſed M. Tullius, Quinctilianus, & optimorum quisque auctorum, ac barbaries infami ad poſteros exemplo in eum reſtituetur locum, unde majores noſtri Herculeo iſtam labore præcipitem egerunt. At obſiſtent huic malo Viri cordati, commodi amantes publici, ac hujus Academiæ Cives, quibus id cordi eſt, ut in literarum abdita ſeſe penetrent, ut neceſſariis linguis ora expoliant, ut rerum ab ordine condito geſtarum ſeriem explorent, ut Jurisprudentiam publicam, privatam ex veris fontibus hauriant, ut Juris Civilis originem, proceſſumq; pernoſcant. Horum ego induſtriæ id me debere exiſtimavi, uti ordinem *Edicti perpetui unà cum ſerie librorum, quos Jurisconſulti ad id ſcripſere, & librorum Sabinianorum ſeriem & continentiam* denuò ederem. Concinnavit eam Jacobus Gothofredus, Vir de Jurisprudentia præclariſſimum in modum meritus. Oſtendi in lectionibus meis ſæpius, multis Juris Romani capitibus ſpecies alieniſſimas, abſurdas, ridiculas, adfingi, multas leges inter ſe committi, quæ, ſi ad ſedem revocentur ſuam, nihil vel difficultatis vel diſſidii complectantur, multis multos ad capitales errores, omni rationi, omni juri repugnantes & vitæ humanæ noxios abuti; non poſſe certiori & faciliori ratione cujusque legis ſenſum inveſtigari ac perſpici, quàm ſi ad inſcriptionem animus attendatur, & obſervetur, ex quo Jurisconſulto, & quo ex ejus libro ſit deſumta. Cum libri veterum Jurisconſultorum ſint deperditi, ſive id Juſtiniani injuria ſive deſcriptorum ignavia evenit, in maximis id habendum beneficiis, quod cuique legi auctor, auctorisque liber ſit præſcriptus: ex legibus eorundem librorum collatis poſſe colligi, quam materiam quoque libro libro explicuerint Juris noſtri conditores: ei fini Jacobum Labittum INDICEM ſuum conſcripſiſſe, ejusque uſum demonſtraviſſe. Jacobum Gothofredum, illum ſecutum, ordinem Edicti perpetui & ſeriem Sabinianorum librorum confeciſſe, atq; adeò

jam

jam unico obtutu videri poſſe, quam Juris partem unoquoque libro ſive ad Edictum perpetuum, ſive ad libros Sabini tractarint Jurisconſulti. Hunc ordinem, hanc ſeriem præſtare multis quamvis verboſisſimis commentariis. Poſſe nos hac obſervata carere hariolationibus Accurſii & aliorum, non eſſe neceſſarias, imò ineptas eſſe, quas adferunt ſpecierum, ipſi caſus vocant, fictiones. Omnia capita eſſe perſpicua, plana, & diſcordiæ veræ alere nec hilum, niſi ſi quis disſenſus inter Familias Jurisconſultorum fuerit, ejusque nobis veſtigia architecti Digeſtorum imprudentes reliquerint; etiam hæc inſcriptionum ope agnoſci, harum utilitatem Virum ſummum Henricum Coccejum in *Diſſertatione de Jure pœnitendi in Contractibus ſect. 1. §. 15.* ſolidè pro more ſuo demonſtraſſe, idem feciſſe Jacobum Cujacium, Petrum Fabrum, Jacobum, quem diximus, Labittum, Ludovicum Ruſſardum, Joannem Mercerum, Jacobum Gothofredum ipſum, Joannem Goeddæum, Gerardum Noodtium, Henricum Brenckmanum, cui pro transmiſſo D. folio juxta Florentinam ſcripturam exactisſimè accurato publicè gratias ago, alios nec me pœnitere Orationis, quam de inſcriptionibus legum typis deſcribi ſim pasſus. Specimina, quibus necesſitas obſervationis inſcriptionum, & utilitas ſit oſtenſa, tam eſſe clara ut nemo eam in dubium vocare posſit, meque deinceps per omnes Digeſtorum partes illam demonſtraturum. Illud reliqvum erat Lector, ut, quia inopia erat exemplorum Seriei ab Jacobo Gothofredo compoſitæ, Typographo ſvaderem, ut eam ſuis excuderet typis. Is exſecutus eſt conſilium meum. Tu verò pro theſauro (hoc enim nomine pauca hæc folia verisſimè ornaverim) manibus Gothofredi gratiam habe, ac ex animi tui ſententia Vale. Dab. Francofurti propter Viadrum a. d. VII. Id. April. M DCC XVI.

SERIES

# Series Librorum Edicti Perpetui.

| Furii Anthiani ad Edictũ Liber. | Pomponii ad Edictũ Liber. | Callistrati ad Edictũ monitoriũ Liber. | Pauli ad Edictum Liber. | | Ulpiani ad Edictum Liber. | Gaii ad Edictum Pronunciale Liber. | Juliani Digestorum Liber. | Hermogeniani Epitomarum Juris Liber. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | PRÆFATIO Edicti adverſus eos qui quid *adverſus Edictum* fecerint. | | | | |
| | | | | De Actione danda vel deneganda à Prætore. | 1 | | | |
| | | | 1 | De Magiſtratibus Municipalibus, eorum Poteſtate & Officio. | | | | |
| | | | | De modo Jurisdictionis eorum. | | 1 | | |
| | | | | De Vadimonio. | | | | |
| | | | 2 | De Vindiciis ſecundùm poſſeſſorem interim dandis. | 2 | | 1 | |
| | | | | De Mandata Jurisdictione & Judice dando. | | | | |
| | | | | De Formula Jurisdictionis, deq; Albo Prætoris corrupto. | 3 | | | |
| | 10 | | 3 | De Edendo. | 4 | 2 | | |
| | 11 | | | De Pactis. | | | | |
| | | | 4 | De IN JUS VOCANDO. | 5 | | | |
| | | | | Qui neq; ſequantur, neq; ducantur | | | | |
| | | 1 | 5 | De Poſtulando. | 6 | | | |
| | | | | De his qui notantur infamiâ. | | | 2 | |
| | | | | De Forma agendi. | | | | |
| | | | 6 | De plus petendo. | | | | |
| | | | | De Cautione Judicio ſiſti, & Vadimonio deſerto. | 7 | 3 | | |
| | | | 7 | De dote, de muliere, abeſſe, amiſiſſe. | 8 | | | |
| 1 | | | 8 | De Cognitoribus | | | | |
| | | | | De Procuratoribus. | 9 | | | |
| | 24 | | 9 | De univerſitatis cujusque cauſis | | | 3 | |
| | | | | De Negotiis geſtis | 10 | | | |
| | 26 | | 10 | De Calumniatoribus | | | | |
| | | | | De IN INTEGRUM RESTITUTIONIBUS | | | | 1 |
| | | | | De Dolo malo | 11 | | | |
| | 27 | | 11 | De Metu | | | | |
| | | | | De Minoribus 25 annis. | | 4 | | |
| | 28 | | | De Capitis diminutione | 12 | | 4 | |
| | | | | De eo quod falſo tutore geſtum | | | | |
| | | | | Ex quibus cauſis majores. | | | | |
| | 30 | | 12 & Breviũ 3 | De Alienatione Judicii mutandi causâ | 13 | | | |
| | 31 | | | De Temporibus in integrum reſtitutionis. | | | | |
| | | | 13 | De RECEPTIS qui arbitrium. | | | | |
| | 33 | | | Nautæ, Caupones, Stabularii, ut recepta reſtituant. | | | | |
| | 34 | | 14 | | 14 | 5 | 5 | |
| | | | | De Satisdando. | | | | |
| | | | 15. 16. | De JUDICIIS | | | | |
| | | | 17. 18. | De Inofficioſi querelâ | | | | |
| | 36 | | 19. 20. | De Hæreditatis petitionibus. | 15 | 6 | 6 | |
| | | | | De REI VINDICATIONE | 16 | | | |
| | 37 | | | De Publicianâ | | | | |
| | 39 | 2 | 21 | Si ager vectigalis | | | | |
| | | | | De Uſufructu, uſu, habitatione. | 17 | | 7 | |
| | | | | De Servitutibus. | | | | |
| | 40 | | | De DAMNO DATO. Si quadrupes Pauperiem feciſſe dicatur. | | | 8 | |
| Hactenus ex Furio Anthiano. | | | 22 | Ad L. Aquiliam | 18 | 7 | | |
| | | | | De Noxalibus actionibus. | | | | |
| | | | | Finium regundorum | | | 9 | |
| | | | 23 | Familiæ erciſcundæ | 19 & 20 | | | |
| | | | | Communi dividundo | | | | |

| POMPONII | CALLISTRATI | PAULI | | ULPIANI | GAII | JULIANI | HERMOGENIANI |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | De Judice litem ſuam faciente & mutando | 21 | | | |
| | | | De Fraudatoriis actionibus | | | | |
| | | | De Interrogationibus in jure faciendis | | | | |
| | | 24 | De Jurejurando | 22 | | | |
| | | | De his qui effuderunt vel dejecerunt | | | | |
| | | | De ſervo corrupto | 23 | 8 | | |
| | | | De Aleatoribus. | | | | |
| | | 25 | Si menſor falſum modum dixerit | | | | |
| | | 26 | Ad exhibendum & de ventre inſpiciendo | 24 | | | |
| | | 27 | De Religioſis. | 25 | | | |
| | | Paulus ad Edictum lib. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Brevium lib. 6. 7. | De REBUS CREDITIS, & certi Condictione | | | | |
| | | | De Jurejurando | 26 | | 10 | |
| | | | De Condictionibus, indebiti, & aliis | | | | |
| | | | De Condictione furtiva | | | | |
| | | | De Condictione Triticaria | | | | |
| | | 28 | De eo quod certo loco | 27 | | | |
| | | | De pecunia conſtituta | | | | |
| | | | Commodati | | | | |
| | | | De Pignoratitia actione | | | 11 | |
| | | 29 | De Præſcriptis verbis & in factum actionibus | 28 | 9 | | |
| | | | De Exercitoria | | | | |
| | | | De Inſtitoria | | | | |
| | | | De Tributoria | | | | |
| | | | Quod cum eo qui in aliena poteſtate | | | | |
| | | | De SCto Macedoniano | | | 12 | |
| | | 30 | Quod juſſu — Hic ordo fuit, ut docet lex 1. *Quod cum eo qui &c.* & lex 1. *de Peculio.* | | | | |
| | | | De in rem verſo | 29 | | | |
| | | | De Peculio | | | | |
| | | | Ad SC. Velleianum. | | | 13 | |
| | | 31 | De Compenſationibus | | | 14 | |
| | | | De Depoſito. | 30 | | | |
| | | 32 | De Mandato | | | | |
| | | | Pro Socio. | 31 | | | |
| | | 33 | De Emptione, ſeu Actionibus Empti-venditi | | 10 | | |
| | | | De Locatione, de L. Rhodia de jactu | | | 15 | |
| 63 | | | De Æſtimatoria | 32 | | | 2 |
| | | 34 | De Pignoribus | | | | |
| | | | De Evictionibus | | | | |
| | | Paulus ad Edictum 35. 36. 37. Brevium 7. | De SPONSALIBUS | | | | |
| | | | De Nuptiis | | | | |
| | | | De Jure Dotium | | | | |
| | | | De Pactis Dotalibus | | | 16 | |
| | | 35 | De Fundo Dotali | 33 | | | |
| | 3 | | De Divortiis, ſoluto matrimonio dos quemadmodum petatur | | 11 | | |
| | | | De Retentionibus ex dote, ob res donatas, ob Impenſas. | | | 17<br>18 | |
| | | 36 | De Donatione inter virum & uxorem. | | | | |
| | | | De Mora in dote danda, ac reddenda | | | | |
| | | 37 | De Actione rerum amotarum | | | | |
| | | | Si Ventris nomine | 34 | | | |
| | | | De Agnoſcendis liberis | | | 19 | |
| 69 | | | De TUTELIS | | | | |
| | | | De Satiſdatione tutorum | | | | |
| | | | De Excuſationibus | | | | |
| | | | De Adminiſtratione tutorum | | | 20 | |
| | | 38 | De rebus eorum qui ſub tutela | 35 | 12 | | |
| | | | De ſuſpectis Tutoribus | | | | |
| | | | De Tutelæ Actionibus | | | | |
| | | | De Magiſtratibus conveniendis | 36 | | 21 | |
| | | | De Curatore furioſi. | | | | |

# Series Librorum Edicti Perpetui.

| Pomponii | Calliſtrati | Pauli | | Ulpiani | Gaii | Juliani | Hermog. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | 39 | De NOXALI FURTI actione, & in genere | 37 | | | |
| | | 40 | De Furto à ſervo qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt<br>De Publicanis & furto à familia eorum facto.<br>De Operis Libertorum. | 38 | 13<br>Cajus ad Edictum Prætoris tit. de Publicanis. | 22 | |
| | | 41 | De BONORUM POSSESSIONIBUS. | 39 | | | |
| | | | De Bonorum poſſ. contra tabulas | | | 23 | |
| | | | De Legatis Præſtandis<br>De Collatione bonorum | 40 | | | |
| | | | De Dotis collatione | | 14 | | |
| | 79 | | De Conjungendis cum emancipato liberis<br>De ventre in poſſeſſ. mittendo<br>De Carboniano Edicto | 41 | | 24 | |
| | | 42 | De Bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabul. | 42 | 15 | | |
| | | | De Bonis libertorum | 43 | | 25 | |
| | | 43 | Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt<br>Si quid in fraudem Patroni | 44 | 16 | 26 | |
| 83<br>Hactenus Pomponius. | | | De TESTAMENTO militis<br>De Teſtamentis. | 45 | Gai libri duo *de Teſtamentis* ad Edictum Prætoris Urbani. | | |
| | | 44. 45 | De LEGITIMIS ſeu ab inteſtato ſucceſſionibus<br>Unde liberi<br>Unde legitimi<br>Unde Cognati | 46 | | 27 | 3 |
| | | | Unde vir & uxor | 47 | | | |
| | | | De Fiſco, & ſic de Vacantibus, Caducis, Ereptitiis<br>Si quis aliquem teſtari prohibuerit | 48 | 17 | 28 | |
| | | | Ut ex legib. Senatusconſult. bon. poſſ. detur | | | 29 | |
| | | | Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur<br>De Succeſſorio Edicto. | 49 | | 30 | |
| | | | De Hæredibus Inſtituendis<br>De Subſtitutionibus<br>De Conditionibus inſtitutionum<br>Teſtamenta quemadmodũ aperiantur<br>Si quis omiſſâ cauſâ teſtamenti. | 50 | | 31 | |
| | | 46 | De Sco Syllaniano. | | | | |
| | | 47 | De LEGATIS & FIDEICOMMISSIS<br>Ut in poſſeſſione Legatorum | 51 | 18<br>Gaji libri 3. de Leg. ad Edictũ Prætoris urb | à lib. 32 ad 40 incluſ. | 4 |
| | | 48 | De Operis Novi Nunciatione | 52 | Gaj ad Edict. tit. de operis novi nunc. | | |
| | | | De Damno infecto. | | | 41 | |
| | | 49 | De Aquæ pluviæ arcendæ. | 53 | 19<br>it. ejus lib. ad Ed. Præt. urb. 1. de damno infecto. 2. de aqu. pl. arc. | | |
| | | 50 | De Cauſis STATUS<br>De Liberali cauſa. | 54 | | 42 | |
| | | 51 | De Statuliberis | 55 | | 43 | |
| | | 52 | De Publicanis.<br>De Adquirenda poſſeſſ. de Uſucapionibus.<br>Vi bonorum raptorum<br>De Incendio & c. | 56 | 20<br>item libri Gaji de Liberali<br>21 | 44<br>45 | 5 |
| | | | De Injuriis. | 57 | 22 | | |
| | | 53<br>54<br>55<br>56 | De RE JUDICATA & Executionibus.<br>De Confeſſis<br>De Ceſſione bonorum<br>Quibus ex cauſis in poſſ. eatur vel differatur | 58 | Gajus lib. ad Edict. Præt. tit. *de re judicata.*<br>23 | | |



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0013-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0014-3

# Series Librorum Edicti Perpetui.

| Pomponii | Callistrati | Pauli liber ad edictum | | Ulpiani liber ad Edictum | Gaii | Juliani | Hermog. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Breviū 16: 57 | De Rebus auctoritate Judicis poſſid.<br>De Creditoribus in poſſeſſ. mittendis | 62 | | | |
| | | 58 | De Privilegiariis creditoribus. | 63 | | | |
| | | 59<br>60 | De Bonorum venditione<br>De ſeparationibus | 64 | 24 | | |
| | | 61 | De Curatore bonis dando | 65 | | | |
| | | 62 | De his qui in quantū facere poſſ. cond.<br>De his quæ in fraudem creditorum | 66 | | 47 | |
| | | 63 | De INTERDICTIS<br>Quorum bonorum<br>Quod Legatorum | 67 | | | |
| | | 64 | De Interdictis de divinis rebus, deque publicis, de vi publica, de mortuo inferendo, de Tabulis exhibendis. | 68 | 25 | | |
| | | 65 | De Interdictis ſuper re privata, retinenda, recuper. poſſeſſ. | 69 | | 48 | |
| | | 66 | De ſuperficiebus<br>De Itinere Actuq; privato<br>De Aqua quotidiana<br>De Rivis<br>De Fonte | 70 | | | |
| | 4 | 67 | De operis novi nunciatione<br>De cloacis<br>Quod vi aut clàm<br>De Remiſsionibus<br>De Precario<br>De Arboribus<br>De Glande<br>De Homine libero exhibendo<br>De Liberis exhibendis | 71 | 26 | 49 | |
| | | | Utrubi<br>Ne vis fiat ei. | 72 | | | |
| | | 68 | De Salviano<br>De Migrando. | 73 | | | |
| | | 69 | De EXCEPTIONIBUS.<br>De exceptionibus adv. vadimonium deſertum. | 74 | | 50 | |
| | | 70 | De Exceptione rei judicatæ. | 75 | | | |
| | | 71 | De doli mali exceptione<br>De Exceptione rei venditæ<br>De Litigioſis<br>Quarum rerum actio non detur<br>De Exceptione Jurisjurandi<br>De his quæ onerandæ libertatis. | 76 | 30 | 51<br>52 | 6 |
| | | 72 | De STIPULATIONIBUS, CAUTIONIBUS, Satisdationibus.<br>De Stipulationibus Conventionalibus. | | | 53<br>54 | |
| | | 73 | De Stipulationibus Prætoriis.<br>De Satisdatione hæredis pendente conditione. | 77<br>78 | | | |
| | | 74 | Judicio ſiſti<br>Judicatum ſolvi<br>De re defendenda<br>De dolo malo.<br>Tutelæ & Teſtamenti. | | 27<br>28 | 55 | |
| | | 75 | Legatorum nomine, veluti uſusfr.<br>Si cui plus quàm per L. Falcid.<br>Legatorum ſervandorum. | 79 | 29 | | |
| | | 76 | Rem pupilli ſalvam fore<br>Ratam rem haberi<br>Stipulatio de operis novi nunciatione. | 80 | | 56 | |
| | | 77 | De * Duplæ ſtipulatione<br>De ſtipulatione ob novum opus & de damno infecto. | 81 | | 57<br>58 | |

* Vide de hujus tit. hic ſitu conſtitutionem ad Anteceſſores ſ. 3. & ad ſenatum & ad omnes *populos*, §. *quartus locus.*



SABI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0016-5

# Sabinianorum Librorum Series et Continentia.

| SABINI libri tres Juris Civilis. | | Ulpiani libri | Pomponii | Pauli |
|---|---|---|---|---|
| Idem ordo ſervatus â Caſsio, ut ex 15. Javoleni libris ad Caſsium, conſtat. v. p. 98. Ind. Labitti & ab Urſeio Feroce v. notas Juliani p. 135. | §. DE TESTAMENTARIA Succesſione. | Octo | Tres | |
| | de Teſtamentis ordinandis: puta, Teſtatore, Teſtibus, Liberis inſtituendis, exheredandis, Heredibus inſtit. | 1 | | |
| | de Solemnibus aliis Teſtamentorum, de Injuſto, rupto, deque Militis teſtamento. | 2 | 1 | 1 |
| | de Poſtumis, de Suis, Neceſſariis, heredibus inſtituendis vel exheredandis. | 3 | | |
| | de Conditionibus inſtitutionum, & de vulgari ſubſtitutione. | 4 | | |
| | de Mendis, erroribus, vitiis inſtitutionum. | 5 | 2 | |
| | de Pupillari ſubſtitutione, deq; Filiisf. & ſervis alienis heredibus inſtitutis. | 6 | | |
| | de Diviſione hereditatis, & Adquir. vel omitt. hered. | 7 | | |
| | de Adquir. vel omittenda hereditate per alium. de jure deliberandi. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. deq; dubietatibus circa hered. | 8 | 3 | |
| | §. De PRÆTORIIS Succesſionibus, ſeu de BONORUM POSSESSIONIBUS | Sex | Unus. | |
| | Tabulis Extantibus, contra Tabulas, Rupto teſtamento per *agnationem* ſeu nativitatem ſui heredis, vel mortuo, &c. | 9 | | 2 |
| | Irrito teſtamento, teſtatore *capite minuto.* | 10 | | |
| | Rupto per *Adoptionem* ſui heredis, & Irrito per *Captivitatem.* | 11 | 4 | |
| | Tabulis non extantibus, & ab inteſtato Quæ bonorum poſſeſſiones deferuntur *Liberis* & Conſanguineis Suis & Legitimis, | 12 | | |
| | *Adgnatis,* | 13 | | |
| | *Patronis.* | 14 | | |

§. de LE-

E

# Sabinianorum Librorum Series et Continentia.

| Pauli | Pomponii | Ulpiani. | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Tres. | Undecim. | | §. De LEGATIS in genere & fideicommiſſis. | |
| | | | | de Inutilibus Legatis, vitiisq; Legatorum | |
| | | 15 | | de his quæ in teſt. delentur | |
| | | | | de adim. vel transf. Legatis | |
| | | de Legat. 1 | | de his quæ pro non ſcriptis | |
| | | | | de Dubiis Legatis | |
| | | | | de Regula Catoniana | |
| | | | | de condictione indebiti Legati ſoluti | |
| | | 16 | | ad L. Falcidiam | |
| | | | 2 | ad SC. Trebellianum | |
| | | | | De LEGATIS in ſpecie | |
| 3 de Legat. 1 | 5 de Legat. 1. | 17 & | 3 | de Uſufructu & uſu legato | |
| | | 18 | 4 | de legatis in diem | |
| | | 19 | 5 | de dote relegata | |
| | | | | de debito legato | |
| | | | | Quando dies Legatorum, de Conditionib. Legat. | |
| | | 20 | 6 | de Optione, Seruis, Nummis, Inſtructo | |
| | | | | de Inſtrumento, Auro, Legato, Statua | |
| | | 21 | 7 | de Incertis, de Suis, Alienis, Fugitivis, Affixis, Sacris, Publicis, Legatis | |
| | | | | de Tritico, Suppellectile legata | |
| | | 22 | 8 | de Penu*, veſte, Paratis Uxoris cauſâ, dactylothecâ, Lanâ, Legatis | * Quid *Penus*, Sabinus *Libro 2. Juris Civilis* explicuit. teſte Gellio 4. c. 1. |
| 4 de Legat. 2 | 6 de Legat. 2 | 23 | 9 | de Vino, Liberatione, Annuo legato. | |
| | | 24 | 10 | de Librorum, Bibliothecæ legato: déque Ademptis Legatis, Cui & quando ſolvenda ſint. | |
| | 7 de Legat. 3 | 25 | 11 | de Ligno, Carbonibus, Peculio, de Servo, & Libertate fideicommiſſaria Legatis: de Repetitis, déque Extinctis Legatis. | |
| | | Duo | | §. De POTESTATE & CAUSIS STATUS. | |
| | | 26 | | de Patria poteſtate, déque Adoptionibus | |
| | 8 | 27 | | de Dominica Poteſtate, deq; Manumiſſionibus, & cauſa liberali, déque Statuliberis. | |
| | | Tres | | §. De REBUS CREDITIS, Condictionibus & Contractibus, &c. | |
| | 9 | 28 | | de Alienatione, Traditione, Emptione. | Quinam *morboſi* Sabinus explicuit lib. 2. Juris Civilis, teſte Gellio *lib. 4. c. 2. in fin.* |
| | | | | de Emptionum & Locationum adminiculis, pediſſequis: Ædilitiis actionibus, | |
| 5 | 10 | 29 | | déque Commodato, Evictione, | |
| | 11 | | | | |
| | 12 | | | Mandato | |
| 6 | 13 | 30 | | Pro ſocio, Aliáque judicia diviſoria, dèque Contractibus cum Pupillis. | |

§. de NUPTI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0018-6

# Sabinianorum Librorum Series et Continentia.

| | | Ulpiani | Pomponii | Pauli |
|---|---|---|---|---|
| | §. de NUPTIIS, déque REI UXOR. actionibus | Sex | | |
| | de Jure Dotium | 31 | 14 | |
| | de Donationibus inter virum & uxorem | 32 33 | | 7 |
| | de Rei uxoriæ actionibus ſoluto matrimonio | 34 | 15 16 | |
| | de Impenſis in res dotales factis | 35 | | |
| | de rerum Amotarum actione. | 36 | | |
| | §. de TUTELIS. | Tres | | |
| | de Tutelis in genere, & de Teſtamentaria tutela | 37 | | |
| | de Legitima Tutela, & Curatore furioſi | 38 | 17 | 8 |
| | de Dativà Tutela, & Actione Tut. de Adminiſtratione & Auctor. Tut. | 39 | | |
| De Furto, & quis furti teneatur explicuit Sabinus libro 2. *Juris Civilis* teſte Gellio lib. 11. c. ult. in f. | §. de DELICTIS. | Tres | | |
| | de Furtis | | 18 19 | 9 |
| | de ſpecialibus furti actionibus | 40. 41 | 20 | |
| | de Damno dato ad L. Aquil. de Damno infecto, de injuriis, de Noxali act. Operis novi nunc. | 42 | 21 | |
| | §. de ADQUIR. RECUPERANDO, AMITTENDO, REMITTENDO RER. DOMINIO & POSSESSIONE. | | | 10 |
| | de Solutionibus | 43 | 22 & 23 | |
| | de Donationibus. | 44 | | |
| De Officiorum gradibus egit libro 3. Sabinus teſte Gellio lib. 5. c. 13. | §. de OBLIGATIONIBUS contrahendis, firmandis, tollendis: déque STIPULATIONIBUS. | 45 | | 11 |
| | de Novationibus, déque Duobus reis | 46 | 24 25 | |
| | de Fidejuſſoribus | 47 | | |
| | de Forma ſtipulationum de ſtipulatione ſervorum de Expromisſione de ſtipulationib. Judicialibus Prætoriis | 48 | 26 | 12 |
| | de ſingularibus quibusdã ſtipulationibus | 49 | | |
| | de Acceptilatione de Filiorum ſtipulatione de Die & Tempore ſtipul. addit. | 50 | 27 | |

§. de INTER-

2

## Sabinianorum Librorum Series et Continentia.

| | Ulpiani | Pomponii | Pauli |
|---|---|---|---|
| §. de INTERDICTIS, de vi & vi arm. | | | |
| Quod vi aut clam. | | | |
| de Precario | | 29 | 13 |
| de Locis & itineribus publicis | | | |
| Ad exhibendum | | 30 | |
| de rei vindicatione | | 31 | 14 |
| uti poſſidetis | | 32 | 15 |
| de Servitutibus | | 33 | |
| de Interdictis, áctionibus ſuper Fluminibus & Aqua. | | 34 | |
| de Salviano interdicto. | | 35 | 16 |
| §. de JUDICIIS, & de Jure PUBLICO deq; Captivis, & Poſtliminio reverſis. | 51 | 36 | |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0021-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0022-8

Kb 290
4°
X 2311744

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0023-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0024-9

# ORDO
# EDICTI PERPETUI
UNA CUM
# SERIE LIBRORUM,
QUOS
*JURISCONSULTI AD ID SCRIPSERE.*
ACCESSIT
## LIBRORUM SABINIANORUM
## SERIES ET CONTINENTIA.
CONCINNAVIT
JACOBUS GOTHOFREDUS, JC.

FRANCOFURTI AD VIADRUM,
Typis JOANNIS CHRISTOPHORI SCHWARTZII.

Kb 290.
KOEN. BIBL. DER UNIVERS. HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-149515-p0025-5